



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Privilegium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

illud beneficium, quo privatus fuit, conferre, ne dolus videatur sibi patrocinari, & negligentia prodesse, *c. commissa, de elect. lib. 6. Clem. ne in agro. §. ceterum de stat. mona. Rebuff. de non prom. in an. num. 80.* hoc fallit in Papa, quia id potest, non autem Ordinarius, ratio est, quia ille est supra jus positivum, hic autem non.

PRIVILEGIUM

Primò, Privilegia concessa alicui loco, si locus ille uniatur alteri, etiam privilegia uniuntur, *Inn. in c. novit, n. 1. de sede vac.*

Secundò, privilegia antiqua non indigent aliqua verificatione, idem in *c. Abbate, de ver. sign. Imola. in Clem. litteris, col. 3. prope fin. de preb. & si excedant centum annos, probant per verba narrativa, & enunciativa, Caput. aq. decis. 378. p. 2.*

Tertiò, Privilegiis non possunt renunciare presentes in præjudicium successorum, nec deperditur per non usum decem annorum, *Fel. in c. cum accessissent, num. 37. de const. Caputaquen. decis. 379. nisi concedatur pro alia facultate, quia tunc spatium decem annorum deperditur per non usum, Balb. tract. de prescrip. 4. par. 5. princ. c. 4. num. 2.*

Quartò ea, quæ possunt quæri per privilegium, possunt per præscriptionem, & consuetudinem, *Pan. in c. accedentes, de prescrip. Fel. ibi, num. 6. Nava. in c. non dicatis, num. 44.*

Quintò, Privilegia Doctorum, ac
Prax. Episc. Pars 11.

studentium in alma Urbe, vide *Bon. VIII. Bul. 2. Urban. VI. Bul. 1. Eugen. IV. Bul. 1. Jul. II. Bul. 12. Leo X. Bul. 2. Jul. III. Bul. 20. Pii IV. Bull. 112. Pii V. Bul. 59. Greg. XIII. Bul. 27. vide Azo. in sum. lib. 11. rub. 18 & 20. Codicis.*

Sextò, an pro probatione privilegii sufficiat copia, vel scriptura privata, an ipsius privilegii authenticum, vide in *c. cum persona, & ibi gl. in ver. tradere, & ver. in text. quod sint tales, de priv. lib. 6. & Gem. in c. ordinarii, §. quod si fortè, ver. & si dubitatur in factò, de off. ord. lib. 6.*

PROFESSIO.

Primò, quando jura loquuntur de ingressu, vel de professione alicujus religionis, de quo ingressu, & de qua professione debeant intelligi: videtur quòd de primo ingressu, id est, de induitione habitus, vel de professione tacita, quæ fit post annum probationis, cum habitu indistincto, prout *cap. beneficium, & ibi gl. in vers. conferendum, de reg. lib. 6. & in c. unico, & ibi gl. in sum. eod. tit. & Clem. de reg. fi. & ibi gl. in ver. deinceps, de regul. Extravag. Joan. 22. concert. & alia jura vulgata, quæ brevitate causa omittuntur, tamen oppositum est verius, quòd intelliguntur de ingressu irrevocabili, qui fit irrevocabilis per professionem expressam, & de professione solenniter facta, probatur primò, quia quis non est propriè religiosus ante professionem expressam, *cap. religioso, §. quamvis, de sent. excom. lib. 6. nec perdit dominium, neque professio-**

R

fessio-